Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et requiemit die septimo ab universo
opere suo quod patrarat. Et benedixit
deus diei septimo et sanctificavit illum
quia in ipso cessaverat ab universo
opere suo quod creavit deus ut faceret. Iste pro
generationes celi et terre quando
sunt. In die quo fecit dominus deus
celum et terram et omne virgultum agri
antequam oriretur in terra. nondum enim pluerat
dominus deus super terram
et homo non erat qui operaretur terram. Fons autem ascendebat de terra irrigans
universam superficiem terre. Formavit
igitur dominus deus hominem de limo terre
et inspiravit in faciem eius spiraculum vite et
factus est homo in animam viventem.
Plantaverat autem dominus deus paradisum voluptatis a principio in quo po-
suit hominem quem formaverat. Produxit
quoque dominus deus de humo lignum pul-
chrum visu et ad vescendum suave. lignum
vite in medio paradisi lignum quo-
que boni et mali. Et fluvius egre-
diebatur de loco voluptatis ad irri-
gandum paradisum qui inde dividitur in
quatuor capita. Nomen uni phison
ipse est qui circuit omnem terram
evilatat ubi nascitur aurum. Et aurum
terre illius optimum est. Ibi quoque invenitur
bdellium et lapis onichinus. Et nomen
fluvii secundi geon ipse est qui circuit
omnem terram ethiopie. Nomen vero
fluvius tertii tygris. Ipse vadit ad
assyrios. Fluvius autem quartus ipse est
euphrates. Tulit igitur dominus deus hom-
inem quem formaverat et posuit eum
in paradiso voluptatis. Ut operaretur et
custodiret illum. Precepitque ei di-
cens. Ex omni ligno paradisi come-
de ligno autem scientie boni et mali
ne comedas. In quocumque enim die co-
medis ex eo morte morieris.
Dixit quoque dominus deus. Non est bonum
hominem esse solum faciamque ei adi-
utorium simile sibi. Formatis igitur
dominus deus de humo cuncta animalia
terre et universa volatilia celi. Adduxit ea ad adam ut videret quid
vocaret ea. Omne enim quod vocavit
adam anime viventis ipsum est nomen
eius. Appellavitque adam nomina
iumentis cunctisque volatilibus celi et omnibus bestiis terre.
Ada... vero non inveniebatur similis eius.
Immisit igitur dominus soporem in adam
cumque obdormisset tulit unam
de costis eius. Et replevit carnem
pro ea. Et edificavit dominus deus costam
quam tulerat de adam in mulierem. Et
adduxit eam ad adam. Dixitque
adam. Hoc nunc os de ossibus
meis. Et caro de carne mea. Hoc
vocabitur virago quoniam de viro sumpta
est. Quam ob rem relinquet homo
patrem et matrem suam et ad-
hherebit uxori suae. Et erunt duo
in carne una. Erat autem uterque nudus
adam scilicet et uxor eius et non
erubescebant. Et serpens erat
III. erat callidior cunctis animantibus
terre quae fecerat dominus deus. Et
dixit ad mulierem. Cur precepit vobis
deus ut non comederetis omni ligno
paradisi. Cui respondit mulier. De fructu
lignorum quae sunt in paradiso vescimur.
De fructu autem ligni quod est in medio
paradisi precepit nobis deus ut
non comederemus et ne tangeremus
illud ne forte moriamur. Dixit
autem serpens ad mulierem. Nequaquam

Non est similis

Vir non quia ad illum est conjunctum

Ji erat sapiens i morte et ordinatis mortis erat i mulier cap iii

Posteaquam decepit eam serpens quasi prudens ipsi decepit eam serpens

De suggestione serpentis. et in pomum et de eucaristie hos